



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. III. In quibus casibus feudum Antiquum ad Ecclesiam recersum denuò in feudum concedi potest, non obstante juramento de non infeudando de novo res Ecclesiæ?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

munis agnationis fuerat, est acquisitum, ac nonnunquam etiam feudum paternum dicitur; & in feudum novum, quod primò alicui acquisitum est. Secundò dividitur in feudum hæreditarium, quod absolute alicui pro se, & hæredibus suis, etiam extraneis, conceditur; in feudum ex pacto, & providentia, quod concessum est alicui pro se, & liberis tantum, nullâ mentione factâ hæredum; & in mixtum, quod de utroque participat, ut si alicui concessum sit feudum pro se, a filiis, ac hæredibus, ita ut successor in tali feudo, debeat primi Vasalli & filius esse, & hæres. Tertio dividitur in feudum Ecclesiasticum, quod Ecclesia dat, vel accipit ab alio, aut Clericus, ut clericus, concedit; & sæculare, quod à sæcularibus datur & recipitur (quamvis aliqui dicant, in discernendo Ecclesiastico à feudo sæculari attendendam esse primam originem, sive à quo primùm feudum tale concessum est, ita ut sæculare dicatur, quod primò concessum est à Principe sæculari, etiam si postmodum ab Ecclesia feudataria in alium transferatur) quæ rō den que in Masculinum, quod ad solos mares transit, & in Femininum, quod etiam in feminas transit.

§. II.

Quenam res Ecclesia in Feudum dari possint, vel non possint?

Res sacras & spirituales in feudum concedi non posse, cum non sint in commercio hominum, ex dictis jam patet, nisi accessione tantum, rei alicui mobili sæculari in feudum concessæ, unita sit, & cum Universitate transeat, prout

de iure Patronatûs, castro alicui, ut prædio annexo, conceduntur. A. A. alia bona Ecclesiastica sine solemnitate non alienandum hæc talia requisita à iure, feudum concedi non posse, cum tunc in feudatio sit alienatio, ex dictis etiam patet, nisi fiat talis in feudatio de hoc jam ab antiquo in feudati solitis, hinc nunc tamen ad Ecclesiam revertis, prout supra de Emphyteusi dictum, & sequenti §. plus patebit.

§. III.

In quibus casibus feudum Antiquum ad Ecclesiam reversum de novo feudum concedi potest, non obstante juramento de non infeudando de novo res Ecclesia?

Feudum Antiquum ab Ecclesia dicitur concessum, si ob delictum Vasalli ad Ecclesiam redeat, de novo iterum in feudum concedi potest, non obstante juramento, de non infeudando, quidem etiam Filio Vasalli, ex cap. 2. h. e. patet. modò illæ conditiones observentur, quas observandas supra dictum, in concedenda Emphyteusi in emphyteuticari solitis. Imò ex hoc cap. etiam patet, quòd Ecclesia potest latus, si rem in feudum concessam de novo tamen ob delictum Vasalli non facile recuperari possit à Vasallo aut alio tertio, in quem, infra Ecclesiam rem feudalem alienavit Vasallus, post nullis aliis adhibitis solemnitatibus, & nihil obstante juramento suo, in feudum concedere potentiori alicui Laico, qui feudum hoc à Vasallo, qui deliquit, recuperet, & postmodum ab Ecclesia

§. V.

*De prohibita & illicita, vel licita
feudi alienatione.*

EX generalibus feudorum Principijs
Responſio ad hoc quaſitum deſumi
debet (quæ intelligi debent, tam de
Eccleſiaſtico, quàm de ſeculari feudo)
juxta quæ in genere docetur, quòd Vaſallus non poſſit validè feudum alienare,
ſive novum, ſive antiquum illud ſit, ſine
conſenſu domini directi, ne fiat con-
temptus, aut præjudicium domino di-
recto; cum conſenſu tamen domini
directi, ſive tacitus hic ſit, ſive expreſ-
ſus, quòd licitè & validè feudum alie-
nare poſſit Vaſallus, expreſſè habetur in
pluribus feudorum juribus, ex quibus et-
iam patet, quòd Vaſallus in feudo, quòd
habet, alterum (ſimilem ſibi, quo ad con-
ditionem) ſubinfeudare poſſit, etiam
ſine conſenſu domini directi (cùm in
tali caſu nihil patiatuſ dominus directus,
cui prior Vaſallus, qui hîc & nunc de
feudo ſuo ſubinfeudavit alium, plenè
obligatus maneat) niſi aliunde pro-
hibeatur.

§. VI.

*An ſi dominus à Vaſallo accipiat
feudum in pignus teneatur fructus com-
putare in ſortem, nec ne?*

Reſpondetur dominum talem non
teneri, qui à Vaſallo feudum à ſe
conceſſum in pignus accipit, fructus il-
lius pignoris, computare in ſortem, ſi
Vaſallus interim liberetur à præſtando
ſervitio, ad quòd vi feudi domino di-
recto obligabatur cap. ex inſinuatione 1.

Sss 2. h. t.

tali recognoscat, in favorem ſcilicet
Eccleſiæ, ſpecialiter hoc conſtituente
Pontifice, ita tamen, ut ad alios Caſus
favor hic, juri communi contrarius, non
extendatur.

§. IV.

*An ob delictum Prælati, vel al-
terius Clerici beneficiarii, cui ſecundùm
leges feudorum pœna privationis eſt
decreta, feudum amittat
Eccleſia?*

Feudum patrimoniale Clericum de-
linquentem contra feudorum leges
non minùs amittere, quàm Laicum,
certi juris eſt, cùm in talibus feudis
clericus æſtimetur, ut Laicus: ſi verò
feudum ſit Eccleſiaſticum, quòd Cle-
rico competit ratione ſedis, aut dignita-
tis Eccleſiaſticæ, & quòd ad menſam
v. g. Prælati pertinet, non amittit qui-
dem abſolutè feudum tale, Eccleſia, ob
delictum Prælati v. g. quia delictum per-
ſonæ non debet in Eccleſiæ detrimen-
tum redundare juxta reg. 76. in ſexto
fructus tamen Prælati, qui deliquit,
non percipit, ſed ad dominum directum
redeunt, dum vivit talis Prælati;
mortuo verò illo, vel depoſito, ad ſuc-
ceſſorem in Prælatura revertuntur, prout
habetur in Lib. 2. Feudorum Tit. 40. de
Capituliscorrad. §. item ſi clericus, ut ſic
enim puniuntur competenter delinquen-
tes, delictum tamen perſonæ non eſt
Eccleſiæ damnofum.